

## Universitätsbibliothek Paderborn

**R. D. Magistri Petri Lombardi Novariensis Episcopi  
Parisiensis. Sententiārvm Libri IV. quibus vniuersæ  
Theologiæ summa continetur**

**Petrus <Lombardus>**

**Mogvntiæ, 1632**

Quod cælum tunc factum debet intelligi. De qua materia factum sit. Quomodo aquæ possunt esse super cælum, & quales sint. De figura firmamenti. C

**urn:nbn:de:hbz:466:1-38829**

ignem esse, qui dicitur esse cœlum: de quo igne sy-  
dera & luminaria facta esse coniectant: quibus Au-  
gustinus consentire videtur. Vtrum vero nomine  
firmamenti cœlum, quod excedit aerem, an ipse  
*Aug. super Gen. ad litteram ls. 2. ad medium ea. 3. Ibid. cap. 4.*  
aer hic intelligatur, idem Aug. quaerit. nec soluit:  
Magis tamen approbare videtur, cœlum illud hic  
accipi, quod spatia aeris excedit. Aquas autē quæ  
super illud cœlum sūt, dicit vaporaliter trahi, & le-  
uissimis suspendi guttis. Sicut aer iste nubilosus  
exhalatione terræ aquas vaporaliter trahit, & po-  
subtiles minutias suspendit, & post corpulentius  
conglobatas, pluivialiter refundit. Si ergo potest  
aqua sicut videmus, ad tantas minutias perueni-  
re, ut feratur vaporaliter super aerem aquis natu-  
raliter leuiorem: cur nō credamus etiam super il-  
lud leuius cœlum minutioribus guttis & leuiori-  
bus emanare vaporibus: sed quoquo modo ibi  
sint, ibi esse non dubitamus.

*Aug. lib. 2.  
de Gen. ad  
litterā c. 9  
non longe à  
princip. Et  
gl. ordina-  
ria ad hoc.  
Et factus  
est vespere  
eterni di-  
es 1. Gen. 1.*

*Quæ sit figura firmamenti.* C  
Quærit etiam solet, cuius figuræ sit cœlum? Sed  
spiritus sanctus, quanvis autores nostri sciuerint:  
per eos dicere noluit, nisi quod pro sit saluti. Quæ-  
ritur etiam, si stet, an moueat cœlū? Si moue-  
tur inquiet, quomodo est firmamentum? Si stat,  
quomodo in ea fixa sydera circueunt? Sed firma-  
mentū dici potest, nō propter stationē, sed propter  
firmitatē vel terminū aquarū intrāgressibilē. Si  
aure stat, nihil impedit moueri & circuire sydera.

*Quare tacuit scriptura de opere secundæ diei,  
quod in aliis dixit?* D

Post hoc quæri solet, quare hic non est dictum,  
sicut in aliorum dierum operibus: Vedit Deus quod  
esse bonum? Sacramentum aliquod hic comen-  
datur. Ideo enim fortassis non est dictum, quod  
tamen sicut in aliis factum est: quia binarius prin-  
cipium alteritatis est, & signum divisionis.

De

